

## **De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

2 Vtrum si conductor impediatur ab vsu vel cultura rei absque sua culpa,  
teneatur soluere pensionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

**Emphyteusis** idem est propriè quod **éμφυτεία**,  
**Emphyteus** id est, implantatio, insitio. vnde dicitur ager dari  
 id est, éμφυτόσιν, quando datur ut conferatur arbo-  
 ribus, vel frumentis. Hinc accommodatum est  
 hoc nomen ad significandum contractum, quo  
 res datur ad emphyteusim: quo significatur nunc  
 de emphyteusi loquimur. **Emphyteusis** igitur sic  
 accepta (non recte quidam vocant emphyteosim) est  
 concessio rei immobilis cum translatione domi-  
 nij utilis, retento directo, sub onere certa pen-  
 sionis proprietario soluenda; idque vel in perpet-  
 uum, vel ad unius vel plurium vitam, vel ad cer-  
 tum tempus, quod decennio non sit minus. **Em-  
 phyteuta** autem dicitur, qui dominium utile rei  
 immobilis sic accipit.

**Differet à locatione.** 4 Differet à contraktu locationis, Primo, Quod emphyteusis solum constitui posst in re immobi-  
 lili, qua cultura potest effici melior. Secundo,  
 Quod per eam transferatur dominium utile, ma-  
 nente solo dominio directo apud priorem domi-  
 num. Tertio, Quod non fiat ad breuissimum tempus,  
 quam decennij: quorum nullum cernitur in loca-  
 tione strictè accepta: si enim res immobilis loce-  
 tur alicui ad decennium aut ulterius, vel ad vitam  
 conductoris, qua censeatur decennio futura  
 prolixior; transfertur Iure communii utile domi-  
 nium & ius in re in conductorum; ita vt ei compe-  
 tar actio in rem contra quemuis, ut communiter  
 docent Iurisperiti, teste Couarr. l. 2. variar.  
 cap. 16. & colligitur ex L. 1. 7. de superficiebus.  
 Quare tunc non tam est locatio quam contractus  
 emphyteuticus; nam omnes definitionis partes  
 illi conuenient: secus est, si loceatur breviori tem-  
 pore quam decennio; aut si sit res mobilis, vel  
 ius aliquod incorporale, haec enim in emphyteu-  
 sum non dantur.

**Feudum.** 5 Feudum dictum est à fide seu fidelitate, ut com-  
 muniter docent DD. & accipitur tum pro re que  
 datur in feudum, id est, pro fundo beneficiario;  
 tum pro contractu feudal. Pro contractu sic defi-  
 nitur, **Feudum** est concessio rei immobilis vel  
 aequipollentis, cum translatione utilis dominij,  
 proprietate retenta, sub onere fidelitatis & obli-  
 quij personalis exhibendi. vide Iulium Claram,  
 de feudo, q. 4. & 5. Differet ab emphyteusi pôtili-  
 mûm, quod in puro feudo non solvatur pensio ut  
 in emphyteusi; sed solum obsequium personale.  
 Interdum tamen etiam in feudo aliquid solvitur  
 in recognitionem dominij directi; sed ea ex parte  
 declinat ad conditionem emphyteusis. In ceteris  
 hi contractus sunt validè similes, adeò ut sàpè no-  
 mina confundantur.

**Libellus.** 6 Notandum est, emphyteusim vulgo vocari, li-  
 sellum vel libellum & contractum libellaticum, ut  
 notar Clarus, de emphyteusi, quæst. 1. & alij. idem  
 nomen tribuit etiam feudo. vnde communiter  
 id, quod datur in emphyteusim vel feudum, di-  
 citur dari ad liuellum. propriè tamen **contractus**  
**libellaticus** dicitur, quando emphyteuta vel feu-  
 datarius rem eam, quam in feudum vel emphy-  
 teusim accepit, simili contractu tradit tertio, ut  
 sit veluti subfeudum, & subemphyteusis, ut do-  
 cet Antonius Negusantius, de pig. parte 2. mem-  
 bro 2. num. 51.

## DVBITATIO II.

Vtrum si conductor impediatur ab usu vel  
 cultura rei, absque sua culpa, teneatur  
 solvere pensionem:

Verbi gratia, conduxit aliquis domum, & vi-  
 nitam inuidit pestis; vel incipiunt ibi gassari mili-  
 tes, qui ominia vastant, vel est infesta spiritibus;

conduxit famulum, qui incidit in morbum.

**R** Espondeo & Dico Primo, Si superueniat ali-  
 quod impedimentum ex parte rei conductæ 7  
 absque culpa conductoris, ob quod merito rem  
 deserat, vel ea non utratur, aut non colat, non tene-  
 tur ad pensionem pro illo tempore. ita Nauarr. 8  
 cap. 17. num. 187. & Conarruas lib. 3. variar.  
 cap. 13. num. 8. de famulo ægrotante, & practic.  
 qq. quæst. 30. num. 3. de peste & quavis causa iu-  
 sta. & colligitur ex L. Habitatores. 27. 7. Locati.  
 vbi dicitur, Si causa iusta fuisset, cur periculum  
 timeret, quanvis periculum vere non fuisset, tamen  
 nos debere mercedem. Ratio est, quia conductor  
 non censemur promittere pensionem, nisi quatenus  
 re illa poterit vti aut frui. atqui quando ali-  
 quid tale rei superuenit, vt iusto timore impedi-  
 tur, non censemur posse vti vel frui: ergo, &c. Puto  
 tamen non esse vnu receptum, vt si quis propter  
 pestem domum deferat, aliquid de pensione ei de-  
 beat remitti. Itaque seruanda est in his consuetudo  
 & ius cuiusque loci.

Dico Secundo, Si illud impedimentum pro-  
 veniat culpa conductoris, vel etiam sine culpa ab  
 illo originem trahatur, (vt si sui commodi causa  
 vel damni vitandi cogatur alio proficisci,) non po-  
 test quidquam de pensione detrahere, nisi quatenus  
 cum domino rei conductæ conuenierit. Ita  
 Nauarr cap. 17. num. 197, de eo, qui conductor  
 operario non est vnu eius opera, ob impedimentum  
 ex persona sua obueniens. hic enim  
 conductor tenetur ei de integra mercede, perinde  
 ac si operam præstisset; & num. 198. de eo, qui  
 alia re conducta, ob simile impedimentum non  
 est vnu. colligitur ex L. Qui operas. 38. & L. Si  
 vno 16. 7. Locati.

Petes, An conductor teneatur ad integrum pen-  
 sionem vel mercedem, si æquè bene res alteri  
 locanda non fuisset? Silvester v. Locatio, q. 12. 9  
 Quid si re  
 sentit non tencri; quia contra æquitatem videtur, erat locan-  
 vt cogaris operario, cuius opera non potes vti.  
 soluere mercedem; qui si à te conductus non  
 fuisset, æquè nihil lucraturus erat; aut integrum  
 pensionem domus, qua vti non potes, soluere, si  
 alteri ea locanda non erat.

Resp. In eo casu non esse summo Iure agendum, 10  
 sed rem ex æquitate transligandam: ita vt non tota  
 merces solvatur, sed tamen aliquid, arbitrio  
 prudentis, prout conditio rei postulauerit: quia  
 conductor potestatem facit locatori, ut rem vel  
 operam suam alteri elocet; quod est pretio æstimabile.  
 si tamen conductio illa causa est, cur alteri,  
 qui integrum mercedem soluisset, locata non sit,  
 aut cur reliquo tempore, quod supereft, locari non  
 possit, tunc merito integra merces solvenda est;  
 quia conductor est causa luci cessantis.

Aduerte tamen, quando conductor re vel opera  
 conducta non est vnu, si carcas vel opera alteri  
 p. 11

*Si opera  
alteri elo-  
cata.*

pro mercede aliqua elocata fuerit, tantumdem de pretio prioris conductionis detrahendum. v. g. conduxeram op̄eram tuam in 10. dies, postea impeditus, non sum ea v̄sus per 5. dies; si illis quinque diebus eam alteri locasti eo pretio, quo à me conducta fuerit; non teneor tibi soluere pro illis quinque diebus: si minoris locasti, non teneor nisi de incremento. Ratio est, quia opera illa, ratione conductionis mihi erat debita; vnde si illam alteri pretio eloces, mihi debetur premium. sicut si rem eam, quam à te emi, & nondum solui, alteri vendas, mihi debetur premium, posito quod priorem emptionem v̄lis esse ratam.

## D U B I T A T I O III.

*Utrum locator rei fructiferæ teneatur re-  
mittere de pensione conuenta, si sterili-  
tas, vel calamitas, absque culpa con-  
ductoris obuenerit.*

*Si pauci  
sunt inca-  
sum for-  
tuitum.*

**12** Respondeo & Dico Primo, Si pauci sint à principio, vt conductor quovis euentu teneatur ad integrum pensionem, non teneatur locator quidquam remittere. posse autem hoc in partum deduci, patet; tum quia potest conductor renuntiare omnibus casibus fortuitis, & dispositioni favorabili legis vel consuetudinis, quæ in euentibus fortuitis concedunt remissionem; vt docet Gomezius tom. 2. cap. 3. num. 19. tum etiam quia tale partum est consentaneum naturæ contractus locati & conducti. est enim hic contractus valde affinis emptioni & venditioni, vt habetur L. 2. π. Locati. locator enim agri videtur vendere colono fructus, quos ipse suo cultu & diligentia poterit percipere; & locator domus, v̄sum domus. vnde sic utri empta periculum est emptoris, ita etiam ex natura huius contractus, periculum fructuum est conductoris, qui est veluti empator illorum. Nec obstat, quod fructus successuē nascantur, (vt obicit Gomezius) quia etiam id quod successuē fit, simul vendi potest; quia venditione facta, totum periculum est emptoris. vnde nisi Ius vel consuetudo habeat vt fiat remissio, non est necessariò facienda. hoc tamen casu pensio deberet esse minor, quā vbi conce- ditur remissio, idque quā amittitur illud onus, seu illa renuntiatio casus fortuiti.

**14** *Partiarius  
colonus.* Dico Secundo, Non teneat etiam quidquam remittere, quando est partiarius, seu quando pensio consistit in parte aliquota fructuum, v. g. in dimidia vel tercia; Nauarr. c. 17. n. 190. Ratio est, quia partiarius colonus quasi societas iure, & damnum & lucrum cum domino fundi partitur, vt habetur L. Si merces. 25. π. Locati.

**15** *Si nihil  
percipi-  
tur.* Dico Tertio, Si sterilitas vel calamitas anni sit tanta, vt conductor nihil ex re conducta percipiatur, tota pensio remittenda est, nisi alteri sit conuentum. est communis DD. L. Ex conducto. 15. π. Locati. vt si eluvione, vel hostium incursione, vel grandine, vel bruchio vastentur segetes; si molendini elocata aditus intercipiantur, ita vt nemo amplius illud accedat molendi causa.

**16** *Si parum.* Dico Quartο, Si non sit tanta vt nihil percipiatur, tamen revera si magna, facienda est remissio pensionis pro rata. habetur exp̄resse ca-

pit. Propter sterilitatem. 3. de locat. & conduct. vbi Gregorius IX. ait: *Propter sterilitatem sufficientem magni incommodo conductores, vitio rei, sine culpa coloni, seu casu fortuito contingente, colonis Ecclesiastis pro rata, pensionis rem/suo est facienda: nisi cum ubertate precedantis vel subsequentis anni valeat sterilitas compensari.* & colligitur ex L. Si merces. §. Vis maior. π. Locati: estque communis sententia DD. teste Gomezio num. 18. Hoc autem ex quadam æquitate constitutum est, ne solus conductor sit semper in periculo dannorum, locator securo. natura tamen huius contractus id non postulat, (etiam si contrarium sentire videatur Gomezius) vt suprà dictum est.

Sed difficultas est, quād censetur sterilitas magna, ob quam sit facienda remissio pro rata. Go- *Qua ma-  
gnia sterili-  
tus.* mezius suprà num. 18. & Couarru præt. quest. cap. 30. recensent multas opiniones Doctorū, quarum tres sunt maximè probabiles. Prima est, *Magnam sterilitatem, vulgi iudicio definiendam.* Se- *17* cunda est, Eam censi magnam, quando res con- ducta non dat dimidiā partem fructum, quos dare confuevit. Tertia, Quando detracto semine & expensarum estimatione, non superest quod sufficiat saltem dimidiā pensionis solutioni. si au- tem id, quod superest, sufficiat dimidiā pensioni, tunc nulla remissio est facienda; quia non censetur sterilitas magna, sed modica. sicut si quis sit dece- pthus, non tamen ultra dimidiū iusti pretij, non censetur lažio enormis. Hanctiam amplectuntur plerique Doctores, & iuxta illam facienda est remissio reliqua partis, que semper maior est, quā dimidiā pensio.

Notandum est, ea, quæ dicta sunt de sterilitate, *18* etiam intelligenda esse, quando fructus iam colle- *Si fructus  
collecti* eti, positi in fundo vel in area, pereunt casu fortui- *re perant.* condī; tunc enim perinde facienda est remissio, ac si sterilitas fuisset, vt patet d. L. Ex conducto. 15. §. 1. π. Locati. vide Gomezium suprà. Idem puto dicendum, si conditis in horreo, fulmen, vel hostis ex improviso superueniens calamitatem inferat; nam cadem videatur ratio.

Dico Quinto, Si praecedentium annorum fertili- *19* litas compenser presentem sterilitatem, non tene- *Si fertili-  
tas com-  
penset.* tur quidquam remittere: quod si praecedentes anni tasi com- eam non compensent, tamen sequentes id præstet; tunc id, quod remisit annis praecedentibus, potest inde repetere, est communis DD. & habetur d. L. Ex conducto. π. Locati. & cap. Propter sterilitatem, suprà. Ratio est, quia æquitas id postulare videtur; si enim ob sterilitatem fit remissio, par est vt ob fertilitatem id compensetur.

Petes Primō, Quanta debet esse fertilitas, vt per eam censetur compensari sterilitas?

Resp. Si anni praecedentes & sequentes simul *20* collati, tantum attulerint colono commodi supra *Qua cen-  
confuetum modum, quantum annus sterilitatis securitalis  
damni: ita vt omnibus inter se collatis, non censem-  
tur esse in damno. Ita Gomezius suprà.*

Petes Secundō, Vtrum si aliquo anno sit extra- *21* ordinaria vberitas, locator possit pensionē augere. *Si vberas  
extraordi-  
naria.*

Resp. Posse, si ea proueniat ex casu fortuito, non autem dumtaxat ex coloni industria. Ita Go- *mezius suprà ex communi sententia DD. qui id* colligunt ex L. Si merces. 25. §. Vis maior. π. Locati, & similibus iuribus, à paritate rationis. vnde infert Bartolus in d. §. Vis maior. num. 8. Si quis *condiu-*